Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Rursum: *Pietas ad omnia utilis est, quae promissionem habet et praesentis vitae et futurae.* Rursum: *Fratres, ego meipsum non arbitror comprehendisse, unum autem, quae quidem retro obliviscens, ad ea vero quae sunt priora extentus, ad scopum destinatum persequor ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Jesu. Quicunque ergo sumus perfecti, hoc sentiamus.* Et rursum: *Nostra autem conversatio in coelis est, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum Jesum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae.* Et iterum: *Expectantes beatam spem, et revelationem gloriae magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi.* Et rursum: *Si ergo consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terram.* Et alio loco: *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non praeveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus, in jussu, in voce Archangeli, in tuba Dei descendet de coelo, et qui mortui in Christo sunt, exurgent primum, deinde nos, qui vivimus,*

ται πρῶτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι ἅμα αὐτοῖς B ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα· ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις. καὶ πάλιν, οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσιν. καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευσαν, ἀφ' ἧς ἐξέβησαν, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι, νῦν δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν ἐπουρανίου. διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ θεὸς θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν· ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν. καὶ πάλιν, Ἐξεδέχοντο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός. καὶ πάλιν, Τῶν ἁγίων λειτουργὸς καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθείας ἣν ἔπηξεν ὁ C κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν, ὅταν τῷ Φήστῳ καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ ἐπὶ βήματος διελέγετο, ταῦτά φησι· R 558 Περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ· τί; ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; καὶ πάλιν, Ἕνεκα τούτου Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ὄντα ἐν τῷ ἱερῷ ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι. ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἄχρι τῆς ὥρας ταύτης ἕστηκα μαρτυρόμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι καὶ Μωϋσῆς, εἰ παθητὸς ὁ Χριστός, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσιν.

3. ἀλλήλοις V. 4. πάλιν] Hebr. XI. 16. 9. πάλιν] 10. ib. ἐξεδέχετο P. 10. πάλιν] VIII. 2. 12. ταῖς Πράξεσιν] XXVI. 7. 15. ἐγείρει τοὺς νεκροὺς P. ib. πάλιν] 21. 18. μαρτυρούμενος P, μαρτυρώμενος V. 19. μελλόντων] μετ' ὀλίγον P. 20. εἰ πρῶτος] ἢ πρῶτος V.

qui relinquimur, simul cum ipsis rapiemur in nubes, in occursum Domini in aëra, et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis. Et rursum: *Qui enim haec dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi, nunc autem meliorem appetunt, id est, coelestem. Ideo non confunditur Deus, Deus vocari eorum: paravit enim illis civitatem.* Et alibi: *Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex et conditor Deus.* Et alio loco: *Sanctorum minister et tabernaculi veritatis, quod fixit Dominus, et non homo.* Quin et in Actis Apostolorum, quando ad Festum et Agrippam pro tribunali sedentes verba fecit, haec dixit: *De qua spe, Rex, accusor a Judaeis? Quid incredibile judicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat?* Et rursum: *Hac ex caussa me Judaei, cum essem in templo, comprehensum tentabant occidere. Auxilio autem adjutus a Deo usque ad hanc horam, testificans minori et majori, nihil extra dicens, quam ea quae Prophetae locuti sunt paulopost futura esse, et Moyses, si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annunciaturus est populo et gentibus.*

Καὶ εἰ θελήσομεν πάσας τὰς τοῦ ἀποστόλου χρήσεις ἀνα- D λέξασθαι περὶ τούτου, σχεδὸν τὰς ι' καὶ δ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς ὅλας δι' ὅλου εὑρήσομεν περὶ τούτου λεγούσας ὅτι ἐκ ταύτης τῆς καταστάσεως ἐπὶ τὴν μέλλουσαν ἐπειγόμεθα δραμεῖν. ὅθεν καὶ παραγγέλλει λέγων, Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν, Κατάπαυσιν αὐτὴν εἰρηκώς, ὡς ἑτέρας μὴ οὔσης μετ' αὐτήν, ἀλλὰ καὶ βασιλείαν ἀσάλευτον. ἰδοὺ δέδεικται διὰ τῶν ἀρχαίων ἀνθρώπων καὶ τῶν προφητῶν πάντων, εὐαγγελιστῶν τε καὶ ἀποστόλων, ὡς προειρήκασιν ἅπαντες ὡς ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ μέχρις Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ εἰς τὴν μέλλουσαν κατάστασιν ἀφορῶσιν. τοῦτο πεποιήκαμεν ὅπερ καὶ ὁ P 237 δεσπότης Χριστὸς καὶ οἱ τούτου μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι διαῤῥήδην λοιπὸν ἐκήρυξαν ὡς ἔστιν τις μέλλουσα κατάστασις κρείττων τῆς ἐνταῦθα πολύ, ἣν ἐν ἑαυτῷ πρῶτος ἡμῖν ἔδειξεν ὁ δεσπότης Χριστὸς ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθώς, ἣν καὶ οἱ πρῶτοι σκοπῷ τινι ἐμήνυσαν καὶ οἱ μετὰ ταῦτα σαφῶς διαγγέλλουσιν, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτῶν ποτε οὔτε τῶν νεωτέρων οὔτε τῶν ἀρχαίων ἑτέραν ποτὲ κατάστασιν ἢ πρεσβυτέραν ἢ μεταγενεστέραν τούτων τῶν δύο ἐκήρυξαν ἢ ἐφαντάσθησαν, ἀλλ' ὅτι ἀρξάμενος ὁ θεὸς ποιῆσαι τὴν κτίσιν πᾶσαν τὰς δύο ταύτας μόνον καταστάσεις ἐποίησεν, ταύτην πρῶτον ὁρίσας πο- B λιτεύεσθαι, εἶθ' οὕτω τὴν μέλλουσαν, εἰς ἣν ἀφορᾷ πᾶς ὁ σκο-

1. θελήσωμεν PV. 4. ἐπειγώμεθα PV. *ibid.* καραδραμεῖν P.
5. λέγων] Hebr. IV. 11. 12. οἳ διαῤῥήδην P. 13. κρείττω V.
14. ἐν om. P. 16. οἱ prius om. P. 20. τὰς — ἐποίησεν om. P.

Quod si omnia Apostoli hac de re dicta velimus excerpere, quatuordecim ejus Epistolas fere integras ubique de illo loqui animadvertemus, et quod de hoc praesenti ad futurum statutum currere contendimus. Unde hortatur, cum ait: *Festinemus ergo ingredi in illam requiem.* Ubi, *Requiem illam* dixit, tanquam post eam nulla alia sit, sed regnum immobile. Ecce demonstratum est per priscos illos, et per cunctos Prophetas, Evangelistas et Apostolos, quemadmodum omnes praedixere, ut a primo homine creato Adam, usque ad Joannem Baptistam, ad futurum vitae statum respiciant. Hoc fecimus quod et Dominus Christus, ejusque discipuli et Apostoli, qui disertis verbis praedicarunt futurum, praesenti vitae statu longe esse potiorem, quem in seipso primus nobis exhibuit Dominus Christus, cum ex mortuis resurrexit, et in coelum ascendit, quem priores collineatione quadam indicarunt, posteriores vero aperte denuntiarunt, sed et eorum neminem unquam, neque recentiorum, neque veterum, antiquiorem alium vel posteriorem hisce duobus statum praedicasse, vel finxisse: sed cum Deus mundum hunc universum coepit condere, primum quidem statum obtinere voluisse, ac futurum deinde, in quem Dei et ejus scripturarum scopus omnis collineat. Erubescant ergo

πὸς τοῦ θεοῦ καὶ τῶν γραφῶν αὐτοῦ. αἰσχυνέσθωσαν τοίνυν
V 190 Ἕλληνες οἱ συναΐδιον τῷ θεῷ τὸν κόσμον ὑποτιθέμενοι καὶ προβιοτὴν καταγγέλλοντες καὶ ἀνάστασιν σωμάτων ἀθετοῦντες. αἰσχυνέσθωσαν καὶ οἱ τούτων ἐπακόλουθοι, οἱ χριστιανίζειν μὲν δοκοῦντες, τῷ δὲ ἔργῳ τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονοῦντες, οἱ λέγοντες
R 560 σφαιροειδῆ εἶναι τὸν οὐρανόν· οὐδὲν γὰρ ἕτερον καὶ αὐτοὶ λέγουσιν ὧν οἱ Ἕλληνες καταγγέλλουσιν, ἀεὶ τὸν κόσμον οὕτως ἐν φθορᾷ τῶν σωμάτων μηδέποτε γίνεσθαι μήτε ἑτέραν κατάστασιν. αἰσχυνέσθωσαν Μανιχαῖοι καὶ Μαρκιωνισταὶ τὰς σάρκας ἀπο-
C βαλλόμενοι καὶ πονηρᾶς ἀρχῆς αὐτὰς ποιήματα καταγγέλλοντες. αἰσχυνέσθωσαν πάντες οἱ ἀθετοῦντες τὴν ἡμετέραν σάρκα, καὶ ὅσοι ἀθετοῦσι τὰς ἡμετέρας ψυχάς, σύντονοι αὐτῶν, τουτέστιν Εὐτυχής, Ἄρειος, Ἀπολλινάριος, καὶ πάντες οἱ κατ' αὐτούς. αἰσχυνέσθωσαν πάντες οἱ αἱρετικοὶ οἱ μὴ ὁμολογοῦντες ἕνα θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν γνωριζόμενόν τε καὶ προσκυνούμενον, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχοντα, καὶ τῆς ἡμετέρας σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν. αἰσχυνέσθωσαν Σαμαρεῖται, μήτε τῆς ἡμετέρας σαρκὸς ἀνάστασιν ὁμολογοῦντες μήτε ἄγγελον μήτε πνεῦμα. αἰσχυνέσθωσαν τῶν Ἰουδαίων οἱ ἄπιστοι, οἱ τὸν προσδοκώμενον μὴ δεξάμενοι μηδὲ χριστιανικὴν ἀνάστασιν ὁμολογοῦντες, ἀλλὰ τοι-
D αύτην οἵαν νῦν πολιτευόμεθα, γαμοῦντες καὶ γαμιζόμενοι. εὖγε δέ, εὖγε, χαρά τε καὶ ἀγαλλίασις τοῖς ὄντως χριστιανοῖς, τοῖς

6. λέγουσιν om. P. 8. Hic excidisse quaedam videntur. 9. οἱ Μανιχαῖοι P. ib. Μαρκιανισταὶ R. 10. ποιήσαντα P. 12. σύμφωνοι P sola, σὺν τῶν οἱ V. 16. τὴν om. P. 17. Σαμαρῖται RV: οἱ praeponit P. 19. οἱ ἄπιστοι] ἄπιστοι P. ib. οἱ προσδοκούμενον P. 20. μήτε PV.

Gentiles, qui mundum fingunt aeternum, et vitam ante hanc aliam denuntiant, et corporum resurrectionem nihili ducunt. Erubescant et horum sectatores, qui Christiani videri volunt, reipsa vero eadem quae ii sentiunt, dum dicunt coelum esse rotundum: nihil enim aliud quam quod Gentiles praedicant, sic semper fuisse mundum, corporum corruptioni nequaquam obnoxium, neque statum alium futurum. Erubescant etiam Manichaei et Marcionistae, qui carnes abjiciunt, et qui eas ex malo principio factas praedicant. Erubescant omnes qui carnem nostram contemnunt, et animas nostras, qui his sunt consentanei, hoc est Eutyches, Arius, Apollinaris, et universi horum sectarii. Erubescant omnes haeretici, qui non confitentur Deum unum in tribus Personis, cognitum et adoratum, coeli et terrae conditorem, et carnis nostrae resurrectionem. Erubescant Samaritani, qui carnis nostrae resurrectionem non admittunt, neque Angelos, neque Spiritum. Erubescant ex Judaeis increduli, qui expectatum non recipiunt, neque Christianam confitentur resurrectionem, sed illam duntaxat qualem nunc observamus, cum uxores ducimus, aut nuptum damus. Euge porro, euge, gaudium et exultatio iis qui revera

πειθομένοις πᾶσι τῇ θείᾳ γραφῇ παλαιᾷ τε καὶ καινῇ διαθήκῃ,
τοῖς ποδηγηθεῖσιν ἐκ τοῦ νόμου καὶ πιστεύσασι Χριστῷ καὶ πᾶ-
σιν οἷς ἐκήρυξεν καὶ ἔτι λέγοντι, Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως
Ἰωάννου προεκήρυξαν, καὶ ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ βαπτι-
στοῦ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν
αὐτήν, ἵνα εἴπῃ ὅτι Ὅσοι ἑαυτοὺς βιάζονται καὶ πολιτεύονται
δικαίως καὶ μὴ ταῖς ἰδίαις ἐννοίαις ἐξακολουθοῦσιν, ἀλλὰ τῷ P 238
θεῷ πιστεύουσιν, ἐκεῖνοι ταύτης τυγχάνουσιν. ἀμέλει καὶ ἡ μή-
τηρ Ἰωάννου καὶ Ἰακώβου αἰτησαμένη τὸν κύριον ἕνα ἐκ δεξιῶν
αὐτοῦ εἶναι καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων ἐν τῇ βασιλείᾳ, ἀπεκρίνατο αὐ-
τῇ ὅτι Οὐκ ἔστιν ἐμὸν τοῦτο δοῦναι, ἀλλ' οἷς, φησίν, ἡτοίμα-
σται παρὰ τοῦ πατρός μου, ὡσανεὶ τὸ μὲν δῶρον τοῦ θεοῦ πᾶ-
σιν ἐφήπλωται, τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν καὶ γενέσθαι ἀφθάρ-
τους καὶ ἀθανάτους καὶ ἀτρέπτους, τὸ δὲ προτιμᾶσθαι ἑτέρων
οὐ δῶρον τοῦτο, ἀλλ' ἑτοιμασία τοῦ θεοῦ τοῖς καλῶς πιστεύουσι
καὶ βιώσασι. πάλιν γὰρ λέγει ὁ κύριος, Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι B
τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασι- R 562
λείαν, καὶ πότε ἡτοιμάσθη φησίν, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου προσ-
ειπών. ὁ κοσμογράφος τοίνυν Μωϋσῆς καὶ οἱ λοιποὶ πάντες προφῆ-
ται καὶ ἀρχαῖοι ἄνθρωποι περὶ τῶν δύο τούτων καταστάσεων καὶ
μόνων εἰπόντες, καὶ ἑτέρας μὴ μνημονεύσαντες, ἀλλὰ ταύτας μόνον
προκηρύξαντες καὶ συγγραψάμενοι, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ὁ κύ-

3. λέγοντι] Matth. XI. 12. 4. τοῦ om. P. 11. Matth. XX. 23.
16. λέγει] XXV. 34. 19. οἱ om. P. 21. μόνον V.

sunt Christiani, qui divinae omni Scripturae, Veterique ac Novo Testamento fidem adhibent, quique a lege reguntur, et Christo credunt, et omnibus quae praedicavit, et qui adhuc dicit: *Lex et Prophetae usque ad Joannem prophetarunt, et a diebus Joannis regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.* Quasi dicat: qui sibi vim faciunt, ac secundum justitiam vitam exigunt, nec suis insistunt cogitationibus, sed Deo credunt, illud ii consequentur. Denique matri Joannis et Jacobi postulanti a Domino, ut filiorum alter ad ejus dextram, alter ad sinistram in regno (Dei) esset, respondit: *Non est meum hoc dare vobis, sed quibus*, inquit, *paratum est a Patre meo.* Quasi diceret, Donum Dei omnibus exhibetur, resurgere a mortuis, fieri incorruptibiles et immortales, et immobiles, sed aliis praeferri, non illud est donum, sed praeparatio Dei iis qui recte credunt ac vivunt. Rursum enim dicit Dominus: *Venite benedicti Patris mei, possidete praeparatum vobis regnum.* Et quando ait, *praeparatum est?* a constitutione mundi, reponit. Moyses igitur qui mundum descripsit, caeterique omnes Prophetae, et hominum antiquiores, de gemino hoc statu duntaxat loquuntur, nec alterius meminere, sed hos duos tantum status praedicarunt, ac de iis scripserunt. Neque ii modo, sed et Dominus, dum in mundo versaretur, ejusque

ριος παραγεγονὼς καὶ οἱ τούτου μαθηταὶ εὐαγγελισταὶ καὶ ἀπό-
στολοι οὐδὲν ἕτερον ἐκήρυξαν ἢ τὰς δύο ταύτας καὶ μόνας κατα-
στάσεις. τίς ἔτι λείπεται πίστεως ὡς ὅτι ταῦτα οὐκ εἰσὶν ἀλη-
C θῆ; τίς οὐκ ἐντραπήσεται τὸν ὄχλον τῶν προῤῥήσεων, τὰς ἐκ-
βάσεις τῶν προφητειῶν, τὸν ὄχλον τῶν σημείων καὶ τῶν παρα-
δόξων καὶ τῶν θαυμάτων, αὐτὴν τὴν πολιτείαν πάντων τῶν
ἁγίων καὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων, τὴν
V 191 συμφωνίαν τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης. τίς ἐξ αὐτῶν διε-
φώνησεν πρὸς τοὺς ἄλλους σφαιροειδῆ τὸν οὐρανὸν ἐξηγησάμενος
ἢ προὔπαρξιν τούτου τοῦ κόσμου ἐκήρυξεν ἢ ἀΐδιον εἶναι τὸν κό-
σμον ἀπεφήνατο ἢ ἠθέτησε τὴν τῶν σωμάτων ἡμῶν ἀνάστασιν ἢ
τὴν διὰ τοῦ Χριστοῦ γενομένην οἰκονομίαν τοῦ ἀνέρχεσθαι τοὺς
δικαίους ἀνθρώπους εἰς τὸν οὐρανόν; ἀλλὰ πάντες ὡς ἐξ ἑνὸς
D θείου πνεύματος ποδηγούμενοι τὰ αὐτὰ καὶ δι' ἔργων καὶ διὰ λό-
γων ἤτοι τύπων προεμήνυσαν, καὶ πάντες εἰς τὴν μέλλουσαν κα-
τάστασιν ἀφορῶσιν. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐν εὐαγ-
γελίοις δηλοῖ ἐν οἷς μέλλουσιν ἀναστρέφεσθαι οἱ τέλειοι δίκαιοι καὶ
οἱ μέσοι καὶ οἱ ἀσεβεῖς. καὶ περὶ μὲν τῶν δικαίων τῶν τελείων,
ὡς ὅταν προσκαλεῖται αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὸν λέγων, Δεῦτε οἱ εὐ-
λογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν
βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. περὶ δὲ τῶν ἀσεβῶν, ὡς ὅταν
τοῖς ἐξ εὐωνύμων λέγει, Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς
P 239 τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις

5. προφητῶν P. 10. πρὸς ὕπαρξιν R. 11. ἠθέτηκε P. 22. λέγει] XXV. 41.

Discipuli, Evangelistae, et Apostoli, nihil aliud praedicarunt, quam binos istos solosque status. Ecquis ergo deinceps fide careat, haecque esse vera non agnoscat? Quis non revereatur tantam praedictionum Prophetarum turbam, earumque eventus? sed et turbam signorum prodigiorum, ac miraculorum, ipsiusque Sanctorum omnium, ac Domini Christi, et ejus Apostolorum vitae rationem, sed et veteris etiam ac novi foederis consensionem? Quis ex iis rotundum esse coelum aliis exposuit, vel mundi istius praeexistentiam praedicavit, vel aeternum esse mundum definivit, aut corporum nostrorum resurrectionem improbavit, vel Christi Incarnationem actamque in mundo vitam, virosque justos coelum petituros negavit: verum uno veluti ducti divino Spiritu, eadem omnes tum operibus, tum sermonibus, sive figuris praenuntiarunt, cunctique ad futurum respexere statum. Sed et ipse Dominus Christus in Evangeliis indicat, qui potissimum ad vitam sint reversuri, perfecte scilicet justi, medii, et impii. Ac de perfecte justis quidem, veluti cum eos ad se evocat, dicens: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod paratum est vobis a constitutione mundi.* De impiis vero, veluti a sinistris positis, ait: *Recedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et*

αὐτοῦ, ἵνα εἴπῃ τοῖς μὲν δικαίοις Ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν ἐσώτε-
ρον τούτου τοῦ ὁρωμένου στερεώματος, τοῖς δὲ ἀσεβέσι Κάτω
περὶ τὴν γῆν, ἔνθα καὶ ὁ διάβολος κατεῤῥίφη. λοιπὸν τῶν μέ-
σων ἀνάγκη ζητῆσαι τὸν τόπον· λέγει τοίνυν ἐν τῇ παραβολῇ
τῶν δέκα παρθένων ὡς αἱ πέντε φρόνιμοι εἰσῆλθον μετὰ τοῦ νυμ-
φίου εἰς τὸν νυμφῶνα, τουτέστιν εἰς τὸν οὐρανόν, ἐπειδήπερ καὶ R 564
τὴν παρθενείαν καὶ τὴν ἐλεημοσύνην ὡς φρόνιμοι ἐπελέξαντο. αἱ
δὲ μωραί, φησίν, τὸ ἓν ἐπιλεξάμεναι, τοῦ δὲ ἑτέρου καταφρο-
νήσασαι, ἔμειναν ἔξω τοῦ νυμφῶνος, κεκλεισμένην εὑροῦσαι τὴν
θύραν καὶ ἀκούσασαι, Ἀπέλθατε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, οὔ- B
τε εἰσελθεῖν συγχωρηθεῖσαι οὔτε μετὰ τῶν ἀσεβῶν κατακριθεῖ-
σαι, ἀλλὰ μείνασαι ἔξω τοῦ νυμφῶνος. οὕτως οὖν ἕκαστος τῶν
πιστῶν ὀρθὴν καὶ ἀνυπόκριτον πίστιν καὶ βίον καλὸν ἔχων μετὰ
παῤῥησίας εἰσέρχεται εἰς τὴν βασιλείαν. οἱ δὲ ἐναντίοι οἱ μηδὲ
ἓν τούτων ἔχοντες μήτε πίστιν ὀρθὴν μήτε βίον εὐθῆ μετὰ τοῦ
διαβόλου περὶ τὴν γῆν κατακρίνονται. οἱ δὲ ἕνα μὲν ἔχοντες,
ἕνα δὲ μὴ ἔχοντες, μέσοι τινὲς εἰσίν, ἔξωθεν μένειν τοῦ νυμφῶ-
νος κατακρινόμενοι, τουτέστι τοῦ στερεώματος. τὸ δὲ εἶδος τῶν
ἀγαθῶν ἢ τῶν τιμωριῶν ἀδύνατον εἰδέναι ἡμᾶς, εἰ μὴ ἐντὸς αὐ- C
τῶν γενώμεθα· ὡς ἐν ὑποδείγματι δὲ μόνον τῶν ἐνταῦθα τιμω-
ριῶν καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀγαθῶν ἐσήμανεν τὰ μέλλοντα· οὐδὲ γὰρ
ἐνῆν ἡμᾶς ἄλλως ἀκοῦσαι μήπω πεῖραν εἰληφότας καινῶν τινων

4. παραβολῇ] Matth. XXV. 1. 7. παρθενίαν P. 10. ἀπέλθετε P. 15. εὐθὺν P. 22. ἀλλ' ὡς PV.

angelis ejus. Quasi dicat, ac justis quidem, Sursum, in coelum interius hujus quod videtur firmamenti. Impiis autem, Infra, circa terram, ubi et diabolus projectus est. Ut porro mediorum locum inquiramus operaepretium est. Ait igitur in Parabola de decem virginibus, quinque prudentes cum sponso ingressas esse in thalamum, hoc est in coelum, quandoquidem virginitatem et misericordiam, velut prudentes elegere. Fatuae autem, inquit, altero duntaxat electo, altero vero neglecto, mansere extra thalamum, foresque occlusas reperere, audita hac voce: *Recedite a me, nescio vos:* neque ingredi permissae, neque cum impiis damnatae sunt, sed mansere extra thalamum. Sic igitur unusquisque justorum rectae ac sincerae fidei probaeque vitae, libere regnum ingreditur. Iis vero oppositi, qui horum nihil habent, neque rectam fidem, neque rectam vitam, cum diabolo circa terram damnantur. Qui porro alterum habent, alterum autem non habent, mediique quodammodo sunt, extra thalamum manere jubentur, hoc est firmamentum. Quae vero sint bonorum vel suppliciorum genera, vix est ut nosse possimus, nisi ipsimet intersimus: cum exempli duntaxat gratia, quae hic sunt poenarum, et quae istic sunt bonorum, quae futura sunt significaverit. Neque enim id nobis licet, sed auditu tantum excipere, cum ejusmodi rerum quarun-

πραγμάτων, ἀλλ' ὅσον αἰνιγματωδῶς εἰπεῖν, εἶπεν ὅτι ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἐποίησε τῷ υἱῷ αὐτοῦ γάμους, τὰ πάντων ἀνώτερα τῶν τοῦ βίου τούτου ἀγαθῶν ἐκλεξάμενος καὶ ὁμοιώσας τοῖς ἐκεῖσε ἀγαθοῖς, ὁμοίως καὶ τὰ χείριστα, πῦρ, σκώληκα, τάρταρον καὶ βρυγμὸν ὀδόντων καὶ σκότος καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια, ἐπειδὴ ταῦτα τῶν ἐνταῦθα
D τιμωρητικῶν δεινότερα τυγχάνουσι, τούτοις αὐτὰ ἐξωμοίωσεν. οὔτε δὲ τὰ ἀγαθὰ τῶν ἐκεῖ δυνατὸν ἀναλογίσασθαι οὔτε τὰ δεινὰ οὔτε τὰ μέσα τούτων, ἀλλ' ἑτέρα τις κατάστασίς ἐστιν κρείττων
V 192 πολὺ καὶ λίαν πολὺ καθόλου ὑπάρχουσα τῶν ἐνταῦθα, ὥσπερ κρείττων ὑπάρχει ὁ βίος οὗτος οὗ ὅτε ἦμεν ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρὸς ἡμῶν. ἀναλογίσασθαι γὰρ δεῖ πῶς ἦμεν ἔσωθεν τῆς κοι-
R 566 λίας διάγοντες ἐν σκότῳ, ἐν αἵματι, ἐν φλέγματι, ἐν χολῇ καὶ βορβόρῳ καὶ κόπρῳ καὶ πάσῃ ἀκαθαρσίᾳ καὶ δυσωδίᾳ συμφυρό-
P 240 μενοι καὶ ἐν πάσῃ ἀγνωσίᾳ ὑπάρχοντες. παρακύψαντες δὲ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἕτερά τινα θεωροῦμεν, ὧν τὴν πεῖραν οὔπω παρειλήφαμεν, ἀνέσεως ἔκτασιν, ἀέρος ἀναπνοήν, ἀπόλαυσιν φωτὸς καλλίστου, κατασκευὴν κόσμου, τεχνίτου καὶ πανσόφου δημιούργημα, καὶ γνώσεως θεοῦ ἐμπιπλάμενοι, ἅπερ πάντα οὔτε εἰδέναι ἡμᾶς ἦν δυνατὸν οὔτε ἐνθυμηθῆναι οὔτε ἀκοῦσαι οὔτε ἀπολαῦσαι ἑνὸς τούτων ἔτι ὄντας ἐν τῇ κοιλίᾳ. οὕτω καὶ τὴν

1. εἶπεν om. P. Matth. XX. 1. 8. οὔτε δὲ τὰ V. 11. ὑπάρχειν P. 13. καὶ βορβόρῳ] ἐν βορβόρῳ P. 18. τεχνήτου PV. ib. δημούργημα P. 19. θεοῦ om. P. ib. ἐμπιπλώμενοι P.

dam novarum careamus experimento, ipseque, quantum conjicere licet, aenigmatice haecce retulerit, his verbis: *Simile est regnum coelorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* Ubi ex omnibus istius vitae bonis illustria selegit, contulitque cum iis quae istic sunt bonis: perinde ac pessima, ignem, vermes, tartarum, stridorem dentium, et tenebras, et quidquid hisce affine est. Cum vero graviora sint quae ibi sunt supplicia, illa cum iis comparavit. Eorum autem qui ibi sunt bona comparari nequeunt, ut nec quae gravia sunt, vel eorum media: quandoquidem alius est status multo potior, ac iis quae hic existunt longe praestantior: quemadmodum melior est haec qua fruimur vita, illa cum in materno versamur utero. Comparanda enim haec sunt, quomodo sumus, cum intra matris viscera degimus, in tenebris, in sanguine, in pituita, in caeno et stercore, et omni spurcitia, ac foetore commisti, et in omni ignorantia sepulti. At ubi in hanc vitam ingredimur, alia quaedam spectamus, quorum experimentum nondum sumus assecuti, remissionis extensionem, aëris respirationem, praeclarum lucis usum, mundi constructionem, opificis sapientissimi opus: cum vero cognitionem sumus adepti, quaecumque omnia neque videre nobis est possibile, neque cogitatione comprehendere, neque auditu percipere, sed et quibus nec frui poteramus, cum adhuc essemus in utero. Ita futurum statum, eo in quo hic vivimus, lon-

μέλλουσαν κατάστασιν καθόλου κρείττονα τυγχάνουσαν τῶν ἐνταῦθα οὐ δυνατὸν ἡμᾶς ἀναλογίσασθαι ἔτι ὄντας ἐν τούτῳ τῷ βίῳ ἢ ἐνθυμεῖσθαι ἢ φαντασθῆναι, εἰ μὴ ἐντὸς αὐτῶν τῶν πραγμάτων γενώμεθα. ἃ γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν καὶ οὖς οὐκ ἤ- B κουσεν, φησίν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ὥσπερ τοίνυν ἐνταῦθα κοινὸν δῶρον ἅπασι κεχάρισται ὁ θεός, τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους καὶ βρέχων ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ πονηρούς, οὕτω καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ καταστάσει κοινὸν δῶρον πᾶσι χαρίζεται ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν καὶ ζωὴν καὶ ἀτρεπτότητα. κατὰ δὲ τὰς προτέρας τάξεις ἕκαστος ἑαυτῷ ἐφέλκεται εἴτε τὴν βασιλείαν εἴτε τὴν τιμωρίαν εἴτε ἄνοδον ἐν οὐρανῷ εἴτε μονὴν περὶ τὴν γῆν εἴτε περὶ τὴν μέσην τάξιν. πάντα δὲ αἰώνια καὶ ἀπέ- C ραντα τυγχάνει, καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ τούτων χείριστα. καθόλου δὲ ἐκείνη ἡ κατάστασις τῆς ἐνταῦθα πολὺ καὶ πάνυ πολὺ διενήνοχεν· πρὸς δέ γε τὰ ἀγαθὰ τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς δικαίοις ἀντιδιαστελλόμενα τὰ τῶν ἀσεβῶν ἐσχάτη τιμωρία καὶ κρίσις ἀνελεὴς τυγχάνει· ἀναλογεῖ γὰρ τῇ καταστάσει ἐκείνῃ καὶ ἡ ταύτης κρίσις καὶ τιμωρία.

Ἰδοὺ δέδεικται οὐ μόνον διὰ τῶν προφητῶν, ἀλλὰ γὰρ καὶ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν φωνῶν καὶ μὴν καὶ ἀποστολικῶν ὡς καὶ αὐτοὶ συμφώνως τοῖς παλαιοῖς εἶπον ταύτας καὶ μόνας τὰς δύο καταστάσεις παρὰ θεοῦ γεγενῆσθαι, ταύτην πρώτην, ἐν ᾗ καὶ R 568 D

3. αὐτῶν om. P. 4. ἴδεν V, οἶδε P. 5. φησίν] I. Cor. II. 9. 11. τὰς om. P. 14. χάριστα R. 15. πάνυ πολὺ] πάνυ P. 16. καὶ ἀντιδ. P. 21. εὐαγγελιστῶν P.

ge praestantiorem vel animo, vel imaginatione fingere minime possumus, nisi rebus ipsis intersimus. *Quae enim oculus non vidit, et auris non audivit*, inquit, *et in cor hominis non ascendit*, *hoc praeparavit Deus diligentibus se.* Quemadmodum igitur commune donum omnibus largitus est Deus, dum solem suum fecit oriri super justos et injustos, et pluit super bonos et malos, sic in futuro statu commune immortalitatis donum largitur, et incorruptionem, et vitam, ac immutabilitatem. Enimvero pro ratione transactae vitae, singuli sibi conciliant vel regnum (caeleste) vel poenam: aut ascensum in coelum, aut locum circa terram, vel mediam aliquam stationem. Omnia autem haec sunt aeterna et absque fine, tam quae bona, quam quae ex his pejora sunt. Status porro hujusce vitae multum ac omnino differt, in bonis quae justis sunt praeparata: ac impiorum statui opponitur, quibus ultimum supplicium, ac immisericors est judicium: par enim est huic statui, illius judicium et supplicium.

Ecce demonstratum est, non modo per prophetarum sed et per Evangelistarum, atque adeo Apostolorum verba, ut ii juxta veterum sententiam, hos duntaxat geminos status a Deo definitos dixerint: primum

διάγομεν νῦν, καὶ τὴν μέλλουσαν, ἐν ᾗ πάντες οἱ χριστιανοὶ ἀφορῶμεν.

Ἰνδ. θʹ. ιγʹ. ὑπ. Καπίτωνος καὶ Ῥούφου.

Φλάβιος Ἰώσηππος συγγραφεύς, στρατηγήσας ὑπὲρ Ἰουδαίων, καὶ μέλλων εἰς τὸν πόλεμον ἀναιρεῖσθαι, θεσπίζει Οὐεσπασιανῷ περὶ τῆς Νέρωνος τελευτῆς καὶ τῆς αὐτοῦ Οὐεσπασιανοῦ βασιλείας.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Λουκανὸς παρὰ Ῥωμαίοις μέγας ἦν καὶ ἐπαινούμενος· ὁμοίως δὲ Μουσώνιος καὶ Πλούταρχος φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο.

P 241 Ζητητέον ἐστὶ καὶ τὸ πολυθρύλητον ἐκεῖνο καὶ παρὰ πᾶσιν ἄνω καὶ κάτω περιφερόμενον ῥητὸν τίνα τὴν λύσιν ἔχει, τὸ Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καῒν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει.

V 193 Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου πρὸς Ὄπτιμον ἐπίσκοπον εἰς τὸ Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καῒν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει.

Καὶ ἄλλως ἡδέως ὁρῶν τοὺς ἀγαθοὺς παῖδας διά τε τὸ
B ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν τῶν ἠθῶν εὐσταθὲς καὶ διὰ τὸ πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν οἰκεῖον, ἀφ' οὗ τι καὶ μέγα προσδοκᾶν ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς, ἐπειδὴ μετὰ γραμμάτων σῶν εἶδον αὐτοὺς προσιόντας μοι,

8. Λουκιανὸς P. 9. δὲ καὶ Μουσώνιος P. 11. πολυθρύλλητον P. 18. τὴν ἡλικίαν] ἡλικίαν P.

Anni a m. c. hunc scilicet, in quo modo versamur, et futurum ad quem quotquot sumus Christiani aspiramus.

A. C. [Ol. Iph.]

5574. 67. XIII. Ind. IX. Capitone et Rufo Coss. 3.

Flavius Josephus scriptor, cum pro Judaeis copiis praefectus militaret, proximeque in bello interficiendus esset, Vespasiano Neronis mortem praedicit, ipsique Vespasiano imperium.

Hac ipsa tempestate, apud Romanos Lucianus celebris habebatur: Musonius pariter et Plutarchus Philosophi florebant.

Hic porro disquirendum ac examinandum videtur decantatissimum illud, quodque in ore omnium passim circumfertur, quomodo intelligatur verbum istud: *Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur.*

Beati Cyrilli ad Optimum Episcopum, in illa verba, Omnis qui occiderit Cain, in septuplum punietur.

Et praesertim gratus mihi fuit aspectus liberorum bonorum, cum propter morum supra aetatem elegantiam, tum propter naturalem quandam pietatem, quam a te hauserunt, ex qua nonnisi eximium quid ab

ἐδιπλασίασα τὸ ἐπ' αὐτοῖς φίλτρον. ὅτε δὲ ἀνέγνων τὴν ἐπιστολήν, καὶ εἶδον ἐν αὐτῇ ὁμοῦ μὲν τὸ περὶ τὰς ἐκκλησίας προνοητικὸν τῆς σῆς διαθέσεως, ὁμοῦ δὲ τὸ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων γραφῶν ἐπιμελές, ηὐχαρίστησα τῷ κυρίῳ καὶ ἐπηυξάμην τὰ ἀγαθὰ τοῖς τὰ τοιαῦτα ἡμῖν διακομίσασι γράμματα, καὶ πρό γε αὐτῶν τῷ γράψαντι ἡμῖν. ἐπεζήτησας τὸ πολυθρύλητον ἐκεῖνο καὶ παρὰ πᾶσιν ἄνω καὶ κάτω περιφερόμενον ῥητὸν τίνα τὴν λύσιν ἔχει, τὸ Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καῒν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. διὰ δὲ τούτου τέως μὲν αὐτὸς ἑαυτὸν συνέστησας, τὸ Τιμοθέου ὃ παρέδωκεν Παῦλος αὐτῷ, ἀκριβῶς φυλάσσοντι· δῆ- [C] λος γὰρ εἶ προσέχων τῇ ἀναγνώσει· ἔπειτα καὶ ἡμᾶς τοὺς γέ- [R 570] ροντας νεναρκηκότας ἤδη καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τοῦ σώματος καὶ τῷ πλήθει τῶν θλίψεων, αἳ πολλαὶ τοίνυν περὶ ἡμᾶς κινηθεῖσαι ἐβάρησαν ἡμῶν τὴν ζωήν, ὅμως διανέστησας, καὶ ζέων τῷ πνεύματι κατεψυγμένους ἡμᾶς ὡς τὰ φωλεύοντα τῶν ζώων εἰς ἐγρήγορσιν μετρίαν καὶ ζωτικὴν ἐνέργειαν ἐπανάγεις. ἔστιν οὖν τὸ ῥητὸν καὶ ἁπλῶς οὕτω νοηθῆναι δυνάμενον καὶ ἀποίκιλον ἐπιδέξασθαι λόγον. ἡ μὲν οὖν ἁπλουστέρα καὶ παντὶ δυναμένῃ ἐκ τοῦ προχείρου παραστῆσαι διάνοια αὕτη ἐστίν, Ὅτι δεῖ τὸν Καῒν ἑπταπλασίονα δοῦναι τὴν τιμωρίαν ὑπὲρ ὧν ἥμαρ- [D] τεν. οὐ γάρ ἐστι δικαιοκρίτου ἴσας πρὸς ἴσας ὁρίζειν ἀνταποδόσεις, ἀλλ' ἀνάγκη τὸν κατάρξαντα κακοῦ μετὰ προσθήκης ἀπο-

2. ἴδον P. 3. σῆς om. P. ib. τὸ om. P. 4. ἐπηυξόμην PV. 6. πολυθρύλλητον PV. 8. πᾶς ὁ] ὁ πᾶς P. 10. ᾧ παρέδωκεν V, ὥσπερ ἔδωκεν P. ib. φυλάσσοντα P. 13. αἱ PV.

illis sperandum est. Postquam cum literis tuis illos ad me adeuntes vidi, geminavi erga illos amoris affectum. Porro cum literas tuas perlegissem deprehendissemque in illis et tuam erga Ecclesiam providentiam ac curam, et studium sacrarum literarum; meritas Deo persolvi gratias, vovique bona sempiterna iis qui mihi tales literas porrexerunt, atque inprimis ipsi literarum auctori. Quaesisti quid ad illud omnium ore jactatum dictum esset respondendum, quomodove intelligendum. Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur? *Atque per hoc quidem teipsum in primis commendasti, dum accurate observasti illud quod Timotheo Paulus custodiendum tradiderat; patet enim te lectioni operam dare. Deinde nos natu grandes et senio invaletudineque fractos, et aerumnis innumeris afflictos (malorum enim copia in nos excitata, vitam nostram propemodum oppressit) ardore spiritus tui afflatos ac permulsos, veluti ferarum cubili et sepulcro conditum ad vigilandum, vitaeque vigorem recipiendum excitasti. Potest ergo sententia illa, ut verba sonant simplici intellectu exponi, et potest varium admittere significatum. Quae ergo cuivis in promtu esse possit explicatio haec est, Caino septies geminandam esse poenam ob scelera quae patravit. Neque enim aequi esse judicis pares pro pari-*

ῖσαι τὰ ὀφειλόμενα εἰ μέλλει αὐτὸς βελτίων ταῖς τιμωρίαις γενέ-
σθαι καὶ τοὺς λοιποὺς σωφρονεστέρους ποιῆσαι τῷ ὑποδείγματι.
οὐκοῦν ἐπειδὴ τέτακται ἑπτάκις ἀποπληρῶσαι τὴν δίκην τῶν ἡ-
μαρτημένων τὸν Καΐν, παραλύσει, φησίν, τούτῳ τὸ ὑπὸ τῆς
θείας κρίσεως ἐπ' αὐτῷ δεδογμένον ὁ ἀποκτείνας αὐτόν. οὗτός
ἐστιν ὁ νοῦς ὁ ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς πρώτης ἀναγνώσεως ὑποπίπτων.
ἐπειδὴ δὲ ἐρευνᾶν πέφυκε τὰ βάθη τῶν φιλοπονωτέρων ἡ διάνοια,
P 242 ἐπιζητεῖ τὸ δίκαιον πῶς ἐν τῷ ἑπτάκις πληροῦται καὶ τὰ ἐκδικού-
μενα, πότερον τὰ ἁμαρτηθέντα ἑπτά ἐστιν ἢ ἓν μὲν τὸ ἁμάρ-
τημα, ἑπτὰ δὲ ἐπὶ τῷ ἑνὶ αἱ κολάσεις. ἀεὶ μὲν οὖν ἡ γραφὴ τὸν
τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν ἀριθμὸν ἐν τοῖς ἑπτὰ περιορίζει. πο-
σάκις, φησίν, ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ,
ὁ Πέτρος ἐστὶ λέγων τῷ κυρίῳ, ἕως ἑπτάκις; εἶτα ἀπόκρισις τοῦ
κυρίου, Οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις
ἑπτά· οὐ γὰρ ἐπ' ἄλλον ἀριθμὸν μετέβη ὁ κύριος, ἀλλὰ τὸν
B ἑπτὰ πολυπλασιάσας ἐν αὐτῷ τὸν ὅρον ἔθετο τῆς ἀφέσεως. καὶ
δι' ἑπτὰ ἐτῶν ὁ Ἑβραῖος ἀπελύετο τῆς δουλείας. ἑπτὰ δὲ ἑβδο-
μάδες ἐτῶν τὸν ὀνομαστὸν Ἰωβίλαιον ἐποίουν τοῖς πάλαι, ἐν ᾧ
ἐσαββάτιζεν ἡ γῆ. χρεῶν δὲ ἦσαν ἀποκοπαὶ καὶ δουλείας ἀπαλ-
λαγή, καὶ οἱονεὶ νέος ἄνωθεν καθίστατο βίος ἐν τῷ ἑβδοματικῷ
R 572 V 194 ἀριθμῷ, τοῦ παλαιοῦ τρόπον τινὰ τὴν συντέλειαν δεχομένου.

1. εἰ] ἢ P, ἡ V. *ibid.* μέλλει P. *ibid.* βελτίω V. 4. τούτῳ τῷ PV, τοῦτο τὸ m. P. 9. ἢ om. P. 12. φησίν] Matth. XVIII. 21. 16. τῆς ἀφέσεως om. P. 18. τὸ P.

bus peccatis poenas irrogare, sed par est, ut auctorem delicti gravioribus affligat suppliciis, ut et ipse corrigatur, et reliquos exemplo suo tardiores ad culpam reddat. Ergo quia decretum erat ut Cain septemplicem lueret poenam scelerum suorum, solvet, inquit, hanc ipsam illi poenam a divina sententia decretam qui occiderit Cainum. Hic primus hoc loco occurrit lectionis intellectus: Quia vero studiosorum animus solet altius rerum caussas pervestigare, quaerit de justitia, quomodo per septemplicem poenam illi satisfiat? utrum septemplex sit delictum, an vero, culpa simplex aut una, et septemplex poena pro uno delicto? Divinae scripturae lex numerum remissionis peccatorum semper septenario definit. Quoties, *inquit*, peccabit in me frater meus, et remittam illi, (*verba Petri sunt ad Dominum*) usque septies? *Deinde respondet Dominus:* Non dico tibi septies, sed usque septuagies septies; *nec enim Dominus ad numerum alium transiit, sed septenario multiplicato, in eodem constitit, et quasi terminum fixit remissionis. Et septimo anno Hebraeus libertate donabatur. Septem annorum hebdomades illud celebratissimum antiquis Jubilaeum exacte faciebant, quo requiescebat terra, debitorum nomina rescindebantur, servitus tollebatur, et quasi novum vitae genus in septimo annorum quinquaginta numero (priore et veteri quasi ad finem per-*

ταῦτα δὲ τύποι τοῦ αἰῶνος τούτου, ὃς διὰ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν ἀνακυκλούμενος ἡμᾶς παρατρέχει· ἐν ᾧ γίνονται αἱ τῶν μετριωτέρων ἁμαρτημάτων ἐκτίσεις κατὰ τὴν φιλάνθρωπον ἐπιμέλειαν τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου, ὡς μὴ τῷ ἀπεράντῳ αἰῶνι παραδοθῆναι ἡμᾶς εἰς κόλασιν. τὸ μὲν οὖν ἑπτάκις διὰ τὴν πρὸς τὸν κόσμον C τοῦτον συγγένειαν, ὡς τῶν φιλοκόσμων ἀνθρώπων ἀπ' αὐτῶν ὀφειλόντων μάλιστα ζημιοῦσθαι, ὧν ἕνεκεν εἵλαντο πονηρεύεσθαι. ἐκδικούμενα δὲ εἴτε τὰ παρὰ τῷ Καΐν λέγοις, εὑρήσεις ἑπτά, εἴτε τὰ παρὰ τοῦ κριτοῦ ἐπ' αὐτῷ ὁρισθέντα, καὶ οὕτως οὐκ ἀποτεύξῃ τῆς ἐννοίας. ἐν μὲν οὖν τοῖς παρὰ τοῦ Καΐν τετολμημένοις πρῶτον ἁμάρτημα φθόνος ἐπὶ τῇ προτιμήσει τοῦ Ἄβελ, δεύτερον δόλος μεθ' οὗ διειλέχθη τῷ ἀδελφῷ, εἰπών, Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, τρίτον φόνος, τέταρτον προσθήκη τοῦ κακοῦ, ὅτι καὶ ἀδελφοῦ φόνος, μείζων ἡ ἐπίτασις, πέμπτον ὅτι D πρῶτος φονεὺς ὁ Καΐν πονηρὸν ὑπόδειγμα τῷ βίῳ καταλιπών, ἕκτον ἀδίκημα, ὅτι γονεῦσιν πένθος ἐνεποίησεν, ἕβδομον, ὅτι θεὸν ἐψεύσατο. ἐρωτηθεὶς γὰρ ὅτι Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; εἶπεν Οὐκ οἶδα. ἑπτὰ οὖν ἐκδικούμενα παρέλυσεν ἐν τῷ ἀναιρεθῆναι τὸν Καΐν.

Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος ὅτι Ἐπικατάρατος ἡ γῆ, ἣ ἔχα-

7. ἕνεκα εἵλοντο P. 8. εἴτε τὰ] εἴ τφ PV. ibid. εἴτε] εἰ P. 10. παρὰ τοῦ] παρ' αὐτοῦ P. 12. διηλέχθη PV. 13. τέταρτον — πέμπτον] δ' — ε' addit m. P, om. PV. 15. φονεὺς ὁ] φονεύσω V, φονεὺς P. 20. εἶπεν] Gen. IV. 11.

ducto) *instaurabatur. Quae omnia adumbrabant hoc nostrum aevum, quod septem dierum orbita revoluta nos transit, quo culparum humanarum pro clementia et cura boni Dei nostri erga nos, poenae reposcuntur, culpae remittuntur, ne suppliciis sempiternis in omnem aeternitatem addicamur. Illud igitur, septies, propter propinquitatem seu hominum affectionem erga mundum hunc, dicitur, ut qui cum mundum plus aequo diligant, ab ipsis debitoribus, quorum causa statuerunt peccare, maxima detrimenta accipiant. Delicta porro Caini si cui exponas, septem reperias; si judicis poenas illi irrogatas, septem itidem cogitatione tua deprehendes. Primum ergo quod Cainus ipse patravit, est invidia, quod sibi a Deo Abelem praelatum senserit. Alterum crimen est fraus seu dolus, quo circumvenit fratrem, cum dixit:* Exeamus in agrum. *Tertium, caedes. Quartum auctarium sceleris seu complementum, quod et fratrem mactarit, quod parricidium auget facinus. Quintum cum et primus sicarius Cainus extiterit, et pessimum exemplum in posteritatem propagarit. Sextum delictum, quod parentibus gravem luctum attulerit. Septimum quod ipsi Deo sit mentitus. Interrogatus enim,* Ubi esset frater? *dixit,* Nescio: *septem ergo crimina in caede Caini punita sunt septem poenis.*

Etenim Dominus dixit: Maledictus eris in terra quae hiavit ut hau-

νεν δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ στένων καὶ τρέ-
P 243 μων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, ὁ Καΐν φησιν, Εἰ ἐκβάλλεις με σήμερον ἀπὸ
τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι, καὶ ἔσομαι
στένων καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτε-
νεῖ. πρὸς δὴ τοῦτο ὁ κύριός φησιν, Οὐχ οὕτως· πᾶς ὁ ἀποκτεί-
νας Καΐν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. ἐπειδὴ γὰρ ἐνόμισεν εὐά-
λωτος εἶναι παντὶ ὁ Καΐν διὰ τὸ ἐκ τῆς γῆς τὴν ἀσφάλειαν μὴ
ἔχειν, ἐπικατάρατος γὰρ ἡ γῆ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀπὸ θεοῦ βοη-
θείας ἠρημῶσθαι, ὀργισθέντος αὐτοῦ ἐπὶ τῷ φόνῳ, ὡς οὔτε
ἀπὸ γῆς οὔτε ἀπὸ οὐρανοῦ ἀντιλήψεως αὐτῷ λειπομένης, Ἔσται,
B φησί, πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με, ἐλέγχει αὐτοῦ τὸ σφάλ-
R 574 μα ὁ λόγος λέγων, Οὐχ οὕτως, τουτέστιν οὐκ ἀναιρεθήσῃ. ὁ
δὲ οὐ μόνον κρύπτει τὸ ἕλκος, ἀλλὰ καὶ ἕτερον προσεργάζεται, τῷ
φόνῳ τὸ ψεῦδος ἐπισυνάπτων, Οὐκ οἶδα· μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελ-
φοῦ μού εἰμι ἐγώ; ἐντεῦθεν λοιπὸν ἀπαριθμεῖται τὰς τιμωρίας.
ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἀπὸ σοῦ· μία κόλασις· ἐργᾷ τὴν γῆν· δευ-
τέρα αὕτη· ἀνάγκη γάρ τις ἄῤῥητος αὐτῷ συνέζευκται πρὸς τὸ
ἔργον τῆς γῆς αὐτὸν κατεπείγουσα, ὥστε μηδὲ βουλομένῳ αὐτῷ
ἐξεῖναι ἀναπαύεσθαι, ἀλλ' ἀεὶ αὐτὸν προσταλαιπωρεῖσθαι τῇ
ἐχθρᾷ αὐτοῦ γῇ, ἣν ἐπικατάρατον αὐτὴν ἐποίησεν, μιάνας ἀδελ-
C φότητος αἵματι. δεινὴ γὰρ τιμωρία ἡ μετὰ τῶν μισούντων δια-

1. τὸ αἷμα] τὸ στόμα m. R. 2. ἢ ἐκβάλλῃς V. 4. ἀποκτενεῖ με P, με ἀποκτενεῖ με R. 7. ὁ om. P. 9. ἠρημᾶσθαι P. 10. ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ P. 15. μου om. P. 19. πρὸς ταλ. RV, πρὸς τὸ ταλ. P. 20. ἐχθρᾷ m. R, ἔχθρα PV.

ciperet sanguinem fratris tui, et eris gemens et tremens super terram. *Et dixit Cain:* Si ejicis me hodie a terra, et a facie tua abscondar, et ero gemens et tremens super terram, et omnis qui me invenerit, occidet me. *Ad hoc respondet Dominus:* Nequaquam ita fiet, sed, omnis qui occiderit Cain septuplum punietur. *Quia ergo Cain existimavit se a quovis facile captum iri, quod nec in terris ullum sciret praesidium, cum terra esset ab illo maledicta, nec a Deo auxilium expectaret, qui iratus illi erat propter caedem, ita ut coeli terraeque spe opeque illum deserente exclusus dixerit:* Omnis qui me invenerit, occidet me; *corrigit illius errorem Verbum, cum dicit:* Nequaquam ita fiet: *hoc est non occideris. Sed ille non solum ulcus tegit, sed alterum quoque ad caedem addit, dum mendacium concinnat, et dicit:* Nescio, numquid custos fratris mei sum ego? *Hinc jam poenas numerare Deus incipit.* Maledicta erit terra abs te. *Prima animadversio.* Operare terram. *Haec altera poena est: inexplicabilis enim quaedam ipsi necessitas affixa erat, quae illum ad opus ita urgebat, uti neque volenti quidem liceret ullam quietis partem capere, sed assiduissime premebat, terra illi infesta et inimica, quam sibi execrabilem fecerat, cum eam fraterno sanguine polluisset. Acerbum enim genus supplicii est vivere cum iis qui te oderint, et hostem domesticum*

γωγῇ, σύνοικον ἔχειν πολέμιον, ἄπαυστον ἔχειν τὸ μῖσος. ἐργᾷ
τὴν γῆν, τουτέστιν, κατατεινόμενος τοῖς ἔργοις τοῖς γεωπονικοῖς
οὐδένα χρόνον ἀνήσεις οὔτε νυκτὸς οὔτε ἡμέρας ἐκλυόμενος ἐκ τῶν V 195
πόνων, ἀλλὰ δεσπότου τινὸς χαλεπωτέραν ἔχων τὴν ἀνάγκην ἐπὶ
τὰ ἔργα σε διεγείρουσαν, καὶ οὐ προσθήσει δοῦναι τὴν ἰσχὺν αὐ-
τῆς. καίτοι εἰ καὶ τὸ τῆς ἐργασίας ἄπαυστον εἶχέ τινα καρπόν,
αὐτὸς ὁ πόνος οὐ μετρία βάσανος τῷ ἀεὶ κατατεινομένῳ καὶ κο-
πιῶντι· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἐργασία ἄπαυστος καὶ ἄκαρπος· ἡ περὶ
γῆν ταλαιπωρία, ἡ ἀκαρπία τῶν πόνων. στένων καὶ τρέμων D
ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. δύο προσέθηκεν ἄλλας ταῖς τρισί, στεναγμὸν
διηνεκῆ καὶ τρόμον τοῦ σώματος, τὸν ἐκ τῆς ἰσχύος στηριγμὸν
τῶν μελῶν οὐκ ἐχόντων. ἐπειδὴ γὰρ κακῶς ἐχρήσατο τῇ δυνά-
μει τοῦ σώματος, ὑφῃρέθη αὐτοῦ ὁ τόνος, ὥστε κλονεῖσθαι αὐ-
τὸν καὶ κατασείεσθαι, οὔτε ἄρτον δυνάμενον προσφέρειν ῥᾳδίως
τῷ στόματι οὔτε ποτὸν προσκομίζειν τῆς πονηρᾶς χειρὸς μετὰ τὴν
ἀνοσίαν πρᾶξιν οὔτε ταῖς ἰδίαις καὶ ἀναγκαίαις τοῦ σώματος
χρείαις λοιπὸν ἐξυπηρετεῖσθαι συγχωρουμένης. ἄλλη τιμωρία, P 244
ἣν αὐτὸς ἀπεκάλυψεν ὁ Κάϊν εἰπών, Εἰ ἐκβάλλεις με νῦν ἀπὸ
τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι. ἡ βαρυτάτη
κόλασις τοῖς σωφρονοῦσιν ὁ ἀπὸ θεοῦ χωρισμός. καὶ ἔσται, φη-
σίν, πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. εἰκάζει ἐκ τοῦ ἀκολούθου

5. τὴν om. P. 14. ῥᾳδίως] ἀδεῶς P. 16. ἀναγκαίοις P, ἀνάγκαις R. 18. αὐτὸς om. P. ibid. ἐκβάλλῃς V.

retinere, et odium aeternum alere. Operare terram *hoc est, nullo umquam tempore a terrae colendae et fodiendae sudore remitte, uti neque de nocte, neque de die respires a labore, sed ut ultima necessitate, quae omnem servilem servitutem superet, cogente, semper ad opus urgearis, nec assiduo tamen cultu illam meliorem reddas. Nam quamvis continuum opus habeat subinde operae fructum, tamen ipse labor ingentem adfert molestiam et tormentum semper distento, semper occupato et nunquam ab opere cessanti. Sed tu cum ingenti labore nihil proficies, nec operaepretium facies, nec fructum ullum reportabis. Insuper gemens et tremens eris super terram. Duas adjunxit alias poenas tribus, assidua suspiria, et corporis tremorem, amissa membrorum, quam ex fortitudine seu robore accipiebant, firmitudine. Cum enim corporis viribus abusus esset, nervus ab illo cessit, ut paveret, et assidua quadam trepidatione concuteretur, uti nec cibum tuto ori admovere, nec gestare poculum sine tremore posset, manu impia, post impium et parricidale factum, usum necessariae corporis functioni subducente. Alia poena est, quam prodidit Cainus, cum dixit:* Si ejicis me hodie a facie terrae, et a facie tua abscondar. *Gravissimum hoc supplicium prudentibus, repulsa a facie et conspectu Dei.* Et erit, *inquit,* omnis qui me invenerit, occidet me. *Conjectat ex prioribus poenis, consecuturas. Si ejicis me a facie terrae, si a facie*

R 576 τῶν προαγόντων, Εἰ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκβέβλημαι, εἰ ἀπὸ τοῦ προσ-
ώπου σου κρυβήσομαι, λείπεται ἀπὸ παντὸς ἀναιρεῖσθαι. τί
οὖν ὁ κύριος; οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἔθετο σημεῖον ἐπ' αὐτόν· ἑβ-
δόμη αὕτη τιμωρία, τὸ μηδὲ κρύπτεσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ
B σημείῳ προδήλῳ πᾶσι προκεκηρῦχθαι ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τῶν ἀνο-
σίων ἔργων δημιουργός. καὶ γὰρ τῷ ὀρθῶς λογιζομένῳ βαρυτάτη
κολάσεων αἰσχύνη, ἣν καὶ περὶ τῆς κρίσεως μεμαθήκαμεν ὅτι οὗ-
τοι ἀναστήσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον καὶ οὗτοι εἰς αἰσχύνην καὶ ὀνει-
δισμὸν αἰώνιον. ἀκολουθεῖ τούτῳ ζήτημα συγγενὲς τὸ παρὰ τοῦ
Λάμεχ ταῖς γυναιξὶν εἰρημένον, Ὅτι ἄνδρα ἀπέκτεινα καὶ νεανί-
σκον, τὸν ἄνδρα εἰς τραῦμα καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπα. ἄλλο οὖν
τραῦμα καὶ ἄλλο μώλωψ, καὶ ἄλλο ἀνὴρ καὶ ἄλλο νεανίσκος. ὅτι
εἰ ἐκ Κάϊν ἐκδεδίκηται ἑπτάκις, ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις
ἑπτά, τετρακοσίας καὶ ἐνενήκοντα τιμωρίας ὑποσχεῖν, εἰ μὴ
δίκαιος, εἴπερ δικαία τοῦ θεοῦ ἡ κρίσις ἐπὶ τοῦ Κάϊν, ὥστε ἑπτὰ
C αὐτὸν παρέχειν τὰς κολάσεις· ὁ μὲν γὰρ ὥσπερ οὐκ ἔμαθεν παρ'
ἄλλου τὸ φονεύειν, οὕτως οὐδὲ εἶδεν τιμωρίαν ὑπέχοντα φονευτήν.
ἐγὼ δὲ ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχων τὸν στένοντα καὶ τρέμοντα καὶ τὸ μέ-
γεθος τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ, οὐκ ἐσωφρονίσθην τῷ ὑποδείγματι,
ὅθεν ἄξιός εἰμι τετρακοσίας καὶ ἐνενήκοντα δοῦναι κολάσεις. ἔνιοι
δὲ πρὸς τοιοῦτον ὥρμησαν λόγον, οὐκ ἀπᾴδοντα τοῦ ἐκκλησια-

1. ἐκβέβλη με V, ἐκβέβληκάς με P. 4. μὴ δὲ V, δὲ μὴ P. 5. πᾶσι om. P. 6. τῷ] τὸ PV. ib. λογιζομένων P. 7. ὅτε P. 10. νεανιανίσκον V. 11. τὸν ἄνδρα — νεανίσκον om. P. 14. 20. ἐννενήκοντα PV. 16. ὥσπερ om. P. 17. οὕτως οὐδὲ] οὗτος δὲ P.

tua me repellis, quid superest nisi ut proscriptus a quovis possim tolli. Quid ergo Dominus: Non ita: *sed posuit signum in illo: septima haec est poena. Quod autem animadversio non occulta, sed aperto signo praenuntiata sit, hunc esse nempe illum conscaeleratorum factorum architectum, sapientum judicio, poenarum omnium gravissima est ob ignominiam, quam ex ultimo quoque judicio existimare possumus, quando hi resurgent in vitam aeternam, et illi in ignominiam sempiternam. Sequitur huic annexa quaestio, quid sit quod Lamechus uxoribus suis dixit:* Quoniam virum interfeci, et juvenem in livorem. *Aliud ergo vulnus, et aliud livor, et aliud vir, et aliud adolescens. Quod si ob Cainum septemplex poena decreta est, ex Lamechi caede septuagies septena decernetur: si impius fuit Cainus, si pium et aequum judicium Dei de Caino, ut septemgemina poena plecteretur, is enim nullo exemplo caedem designavit, iste vero vidit etiam parricidam poenam subiisse. Ego vero ob oculos mihi versantem videre semper videor gementem et trementem Cainum, immensamque Dei iram et furorem, nec tamen exemplo sapere didici: unde dignus sum quadringentis nonaginta plagis. Quidam tamen*

στικοῦ δόγματος, ὅτι ἀπὸ τοῦ Κάϊν ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἑπτὰ παρεληλύθασιν γενεαί. καὶ εὐθέως ἐπηνέχθη τῇ γῇ ἡ τιμωρία διὰ τὸ πολλὴν γενέσθαι χύσιν τῆς ἁμαρτίας. τὸ δὲ ἁμάρτημα τοῦ Λάμεχ οὐ κατακλυσμοῦ δεῖται πρὸς θεραπείαν, ἀλλ' αὐτοῦ D τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

Ἀρίθμησον τοίνυν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ τὰς γενεάς, καὶ εὑρήσεις κατὰ τὴν τοῦ Λουκᾶ γενεαλογίαν τῇ ἑβδομηκοστῇ καὶ ἑβδόμῃ διαδοχῇ γεγεννημένον τὸν Χριστόν. καὶ πρὸς εὐμάθειαν τῶν ἐντυγχανόντων καὶ αὐτὴν τὴν γενεαλογίαν ἐνταῦθα καθυπετάξαμεν.

R 578 V 196 P 245

Ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν τὸν εὐαγγελιστήν.

Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος εἶναι, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς

α'	τοῦ Ἰωσὴφ	β'	τοῦ Ἡλεὶ
γ'	τοῦ Ματταθὰ	δ'	τοῦ Λευὶ
ε'	τοῦ Μελχὶ	ϛ'	τοῦ Ἰαννὰ
ζ'	τοῦ Ἰωσὴφ	η'	τοῦ Ματταθίου
θ'	τοῦ Ἀμὼς	ι'	τοῦ Ναοὺμ
ια'	τοῦ Ἐσλεὶ	ιβ'	τοῦ Ναγγαὶ
ιγ'	τοῦ Μαὰθ	ιδ'	τοῦ Ματταθίου

6. τοίνυν] οὖν P. 11. Λουκᾶν] III. 23. 18. Ναοὺμ P.

ad hujuscemodi rationem progressi sunt, quae quidem ab Ecclesiastica doctrina minime est aliena. A Caino nempe usque ad diluvium septem generationes praeteriisse, et inde confestim terris poenam propter omnium peccatorum colluvionem et confusionem illatam. Lamechi porro delictum ad curationem cataclysmo non indigebat, sed illo ipso qui tollit peccata mundi.

Collige ergo aetates ab Adam usque ad Christi adventum, et juxta Lucae genealogiam, reperies, Christum septuagesima septima generationis successione natum. Atque etiam in gratiam seu faciliorem cognitionem lectorum ipsam hic Genealogiam subjecimus.

Ex Evangelio secundum Lucam Evangelistam.

Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur esse, filius.

I.	Joseph,	II.	Heli,
III.	Matthata,	IV.	Levi,
V.	Melchi,	VI.	Janna,
VII.	Joseph,	VIII.	Matthathiae,
IX.	Amos,	X.	Nasum,
XI.	Hesli,	XII.	Naggae,
XIII.	Maath,	XIV.	Matthathiae,

	ιε' τοῦ Σεμεεὶ		ις' τοῦ Ἰωσήφ
B	ιζ' τοῦ Ἰούδα		ιη' τοῦ Ἰωαννὰ
	ιθ' τοῦ Ῥησὰ		κ' τοῦ Ζοροβάβελ
	κα' τοῦ Σαλαθιὴλ		κβ' τοῦ Νηρεὶ
	κγ' τοῦ Μελχεὶ		κδ' τοῦ Ἀδδεὶ
	κε' τοῦ Κωσὰμ		κς' τοῦ Ἐλμωδὰδ
	κζ' τοῦ Ἤρ		κη' τοῦ Ἰωσῆ
	κθ' τοῦ Ἐλιέζερ		λ' τοῦ Ἰωρεὶμ
	λα' τοῦ Ματθὰθ		λβ' τοῦ Λευὶ
	λγ' τοῦ Συμεὼν		λδ' τοῦ Ἰουδᾶ
	λε' τοῦ Ἰωσὴφ		λς' τοῦ Ἰωνὰν
	λζ' τοῦ Ἐλιακεὶμ		λη' τοῦ Μελχέα
	λθ' τοῦ Μαϊανᾶν		μ' τοῦ Ματταθὰ
	μα' τοῦ Νάθαν		μβ' τοῦ Δαβὶδ
C	μγ' τοῦ Ἰεσσαὶ		μδ' τοῦ Ὠβὴδ
	με' τοῦ Βοὸζ		μς' τοῦ Σαλμὰν
	μζ' τοῦ Ναασσὼν		μη' τοῦ Ἀμηναδὰβ
	μθ' τοῦ Ἀρὰμ		ν' τοῦ Ἰωρὰμ
	να' τοῦ Ἐσρὼμ		νβ' τοῦ Φαρὲς
	νγ' τοῦ Ἰούδα		νδ' τοῦ Ἰακὼβ
	νε' τοῦ Ἰσαὰκ		νς' τοῦ Ἀβραὰμ

1. Σεμεεὶ P. 9. Ματτὰθ P. 12. Ἐλειακεὶμ P. *ib.* Μελχὰ P. 15. Ὀβὴθ P. 17. Μηναδὰβ P. 19. Φάρεζ P.

XV.	Semei,	XVI.	Joseph,
XVII.	Juda,	XVIII.	Joanna,
XIX.	Resa,	XX.	Zorobabel,
XXI.	Salathiel,	XXII.	Neri,
XXIII.	Melchi,	XXIV.	Addi,
XXV.	Cosam,	XXVI.	Elmodad,
XXVII.	Her,	XXVIII.	Jesu,
XXIX.	Eliezer,	XXX.	Jorim,
XXXI.	Matthath,	XXXII.	Levi,
XXXIII.	Symeon,	XXXIV.	Juda,
XXXV.	Joseph,	XXXVI.	Jonan,
XXXVII.	Eliacim,	XXXVIII.	Melcha,
XXXIX.	Maiana,	XL.	Matthatha,
XLI.	Nathan,	XLII.	David,
XLIII.	Jesse,	XLIV.	Obed,
XLV.	Booz,	XLVI.	Salman,
XLVII.	Naasson,	XLVIII.	Minadab,
XLIX.	Aram,	L.	Joram,
LI.	Esrom,	LII.	Pharez,
LIII.	Juda,	LIV.	Jacob,
LV.	Isaac,	LVI.	Abraham,

νζʹ τοῦ Θάῤῥα	νηʹ τοῦ Ναχὼρ	R 580
νθʹ τοῦ Σερούχ	ξʹ τοῦ Ῥαγαῦ	
ξαʹ τοῦ Φάλεγ	ξβʹ τοῦ Ἕβερ	
ξγʹ τοῦ Σάλα	ξδʹ τοῦ Καϊνὰν	
ξεʹ τοῦ Ἀρφαξὰτ	ξϛʹ τοῦ Σὴμ	
ξζʹ τοῦ Νῶε	ξηʹ τοῦ Λάμεχ	
ξθʹ τοῦ Μαθουσάλα	οʹ τοῦ Ἐνὼχ	D
οαʹ τοῦ Ἰάρετ	οβʹ τοῦ Μαλελεὴλ	
ογʹ τοῦ Καϊνὰν	οδʹ τοῦ Ἐνὼς	
οεʹ τοῦ Σὴθ	οϛʹ τοῦ Ἀδὰμ	
οζʹ τοῦ θεοῦ.		

Ἰνδ. ιʹ. ιδʹ. ὑπʹ. Ἰταλικοῦ καὶ Τραχύλου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἀφανὴς γέγονεν Νέρων, καὶ τελευτᾷ ἐκ συσκευῆς τῶν Ἰουδαίων, καθότι Πιλᾶτον ἀπεκεφάλισεν ὡς εἰς ἐκδίκησιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τελευτᾷ ὁ αὐτὸς Νέρων, ὢν ἐτῶν ξθʹ. μετὰ Νέρωνα Γαλβᾶς ἐβασίλευσεν ἐν Ἰβηρίᾳ, Οὐιτέλλιος ἐν Γερμανίᾳ, Ὄθων ἐπὶ Ῥώμης. P 246

Ἕκαστος αὐτῶν ἰδίᾳ ἐπέβη τῇ ἀρχῇ. Γάλβας ἐβασίλευσεν μῆνας ζʹ. καὶ ἐν μέσῃ τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

2. Ῥαγὰβ P. 5. Φαξὰδ P. 8. Μαλαλεὴλ P. 9. Ἐνὸς PV. 12. Τραχάνου P. 15. εἰς om. R. 17. (ἐν) P, om. R. ibid. Post Ῥώμης addit R [σζʹ, σηʹ, σθʹ, σιʹ, σιαʹ.]

LVII.	Tharra,	LVIII.	Nachor,	Anni a m. c.
LIX.	Seruch,	LX.	Ragab,	
LXI.	Phaleg,	LXII.	Heber,	
LXIII.	Sala,	LXIV.	Caïnan,	
LXV.	Phaxad,	LXVI.	Sem,	
LXVII.	Noë,	LXVIII.	Lamech,	
LXIX.	Mathusala,	LXX.	Enoch,	
LXXI.	Jared,	LXXII.	Malaleel,	
LXXIII.	Caïnan,	LXXIV.	Enos,	
LXXV.	Seth,	LXXVI.	Adam,	
LXXVII.	Dei.			

A. C. [Ol. Iph.]

68. XIV. Ind. X. Italico et Trachano Coss. 4. 5576.

Hisce Coss. disparuit Nero, moriturque ex clandestinis Judaeorum consiliis, quod in Christi vindictam Pilatum capite plecti curaverit. Periit porro idem Nero annos natus LXIX. Post Neronem imperavit, in Hispania Galba, in Germania Vitellius, Romae denique Otho.

Horum singuli seorsim imperium arripuerunt. Galba imperavit menses VII. ac in medio Romae foro capite truncatus est.

Otho cum imperasset menses VI. sibi manus intulit.

Οὐϊτέλλιος βασιλεύσας μῆνας ι' ἑαυτῷ διεχειρίσατο· Ὄθων βασιλεύσας μῆνας ς' ἐσφάγη ἐν τῷ παλατίῳ Ῥώμης.

σιβ' Ὀλυμπιάς.

Ῥωμαίων ζ' ἐβασίλευσεν Οὐεσπασιανὸς ἔτη θ', μῆνας ια',
B ἡμέρας κβ', στέψαντος αὐτὸν τοῦ στρατοῦ. ὁμοῦ ,εφπς'.
V 197 Ἰνδ. ια'. α'. ὑπ. Γαλβᾶ καὶ Τίτου Ῥουφίνου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ταφῇ παρεδόθη τὰ σώματα τῶν ἁγίων ἀποστόλων κατὰ κέλευσιν Οὐεσπασιανοῦ τοῦ βασιλέως· ἐν ὁράματι γὰρ ἐκελεύσθη δοῦναι ταφῇ τὰ σώματα τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Τῷ αὐτῷ ἔτει ὁ ἅγιος Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος καὶ πατριάρχης Ἱεροσολύμων, ὃν ἐνεθρόνισεν ὁ ἅγιος Πέτρος εἰς τόπον
R 582 ἑαυτοῦ, ἀνιὼν ἐπὶ τὴν Ῥώμην, ἐτελεύτησεν· καὶ παρέλαβε τὸ σχῆμα τῆς ἐπισκοπῆς Ἱεροσολύμων Συμεὼν ὁ καὶ Σίμων, καὶ γέγονε πατριάρχης.

C Ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὑπάτων ἔπαθεν ἀπὸ θεομηνίας Νικομήδεια μητρόπολις μεγάλη τῆς Βιθυνίας.

Τούτῳ τῷ ἔτει θνήσκει Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς ὁ τῆς Βερενίκης, βασιλεύσας ἔτη κς'· καὶ λοιπὸν Οὐεσπασιανὸς καταλύει τὴν βασιλείαν τῶν ἀλλοφύλων Ἡρώδου καὶ Ἀγρίππα.

1. Ὄθων βασιλεύσας μῆνας ς' διεχειρίσατο ἑαυτὸν (ἑαυτῷ R, et in m. lego ἑαυτόν). Οὐιτέλλιος βασιλεύσας μῆνας ι' ἐσφάγη ἐν τῷ παλατίῳ Ῥώμης P. 14. μῆνας ια', ἡμέρας κβ' om. P, habet m. R. 16. ἔπαθεν om. P.

Anni a m. c. Vitellius denique imperii mense x. in Palatio est interemptus.

CCXII. Olympias.

5585. Romanis VII. imperavit Vespasianus annos IX. ab exercitu electus et diademate donatus. Colliguntur anni V. MDLXXXVI.
69. I. Ind. 11. Galba et Tito Rufino Coss. 1. 212.

His ipsis Coss tumulo condita sunt Sanctorum Apostolorum corpora praecepto Vespasiani Imperatoris: per visum enim corpora Sanctorum Apostolorum humo mandare jussus est.

Hoc eodem anno, Sanctus Jacobus Apostolus, et Hierosolymorum Patriarcha, quem Sanctus Petrus in locum suum Episcopum constituerat, dum Romam pergeret, mortuus est, et dignitatem Hierosolymorum Episcopatus excepit Symeon, qui et Simon vocabatur, factusque est Patriarcha.

Iisdem Coss. Nicomedia metropolis magna Bithyniae ex ira divina...

Hoc anno moritur Agrippa Rex, Berenices filius, cum regnasset annos XXVI. simulque Vespasianus Herodis et Agrippae alienigenarum regnum delet.

Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τυραννήσαντες οἱ Ἰουδαῖοι ἀνεῖλαν τὸν ἑαυτῶν ἄρχοντα Κυρήνιον.

Οὐεσπασιανὸς αὐτοκράτωρ τὸν κατὰ Ἰουδαίων ἐγχειρίσας πόλεμον Τίτῳ αὐτὸς δι' Ἀλεξανδρείας εἰς τὴν Ῥωμαίων ἀφίκετο πόλιν.

Ἰωάννης ὁ θεολόγος ἐκβὰς εἰς Ἔφεσον ἐποίησεν ἐκεῖσε ἔτη D ἐννέα, καὶ ἐν τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ἔτη ιε', καὶ ὑποστρέψας πάλιν εἰς Ἔφεσον, καὶ γράψας τὸ εὐαγγέλιον, ἐποίησεν ἕως τῆς κοιμήσεως αὐτοῦ ἕτερα ἔτη κς'.

Ἰνδ ιβ'. β'. ὑπ. Οὐεσπασιανοῦ αὐτοκράτορος μόνου.

